


INNOCENTIUS PP. VIII^s

Dilecti filij salutem & apostolicam benedictionem. Pro maiori erga vos prima dilectione uolentes providere ut circa electiones Potestatis & Cancellarie vestre liberiores fiat: & eas secundum quod expedire iudicaueritis, facere ualeatis: tenore presentium omnes et singulas electiones, tam de Potestate quam Cancellario uero hactenus per vos, ad cuiuscumque Superioris preces & instantiam seu preceptum factas & emanatas, apostolica auctoritate cassamus, annullamus, & irritamus: illasque, nisi prout & in quibus Communitati et Consilio vestro placuerit, effectum sortiri minime debere determinamus. maxime cum, sicut ex orationibus uestris intelleximus, electiones huiusmodi plerumque fiant potius ad instantiam aliorum, & quodammodo coacte, quam ex arbitrio et voluntate uestra: quo fit, ut interdum non bene quieti iure & iustitie consulatur. Datum Romae apud sanctum petrum sub annulo piscatoris. die. iij. Nouembris. M. ccccl. xxxiii. Pontificatus. Anno Primo.

L. Grifus.



*Dilectis filiis. Communitati et hominibus
Terre nre Monasterii Forman' dioc.*

*ad collandam electionem
habita nona die mensis
Innocen. VIII.
N.º 12.º*

